



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Prælvdvm Catechisticvm De Formanda S. Cruce.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

P R A E F A T I O

PRÆLVDIVM

CATECHISTICVM DE FORMANDA

S. Cruce.

Quodnam est vexillum mi-
litiæ Christianæ.

*Vide Bel-
larminum
lib. 2. de
Imagini-
bus. c. 26.
27. 28. 29.
c. 30.*

Signum sanctæ Crucis in no-
mine sacrosanctæ Trinita-
tis formatum, quod in veteri
testamento, præfiguratum, &
ab ipsis Apostolis traditum
summa semper veneratione
Ecclesia usurpauit.

Quæ redemptionis nostræ
mysteria in eo compræ-
henduntur.

Præter dominicam passio-
nem, quā Crux ipsa aperte ob-
sculos ponit, & diuinæ essentiæ
(:) (:) uni-

P R A E F A T I O

vnitatem , personarumque
trinitatem ipsis verbis ex-
pressam , quando à capite ad
pectus signantes nos manum
ducimus , Et à sinistra ad dex-
teram per medium insinua-
mus Filiū Dei descendisse , atq;
in utero virginis matris , nul-
lis nostris meritis , sed sola cha-
ritate sua , carnem assumpsisse :
ut eius merito à delictis expia-
ti , à sinistra , ubi sunt hædi pec-
catorum sordibus fætentes , ad
dexteram in tremendo iudicij
die tanquam electæ oves trans-
feramur .

Quam præterea vim habet
signum Crucis ?

Orationis , qua Cruce sig-
nan-

P R A E F A T I O

nantes nos, precamur ut nobis
ipsis diuina maiestas benedi-
cat, & in omnibus actionibus
nostris per significata myste-
ria, suum auxilium præstare
dignetur.

2. Hoc ipso signo nos nostra-
que Deo offerimus, ut in ipsi-
us gloriam omnia cedant &
gratiarum actionem.

3. Ad spem Charitatem &
crucifixi imitationem nos ip-
sos excitamus.

4. Est coniuratio quadam
ad fugandum dæmonem, eius-
que vires frangendas, & pra-
uos cordis & concupiscentiæ
motus.

(:) (:) 2 Ter-

P R A E F A T I O

Tertullianus lib. de coro-
na militis.

*Ad omnem progressum at-
que promotum, ad omnem a-
ditum & exitum, ad vestitū,
& calceatum, ad lauacrum
ad musas, ad lumina, ad cubi-
lia, ad sedilia, frontem Crucis
signaculo terimus.*

D. Cyrillus Catachesi
quarta.

*Non pudeat nos Crucis
Christi, quod si aliquis hoc oc-
cultet, tu manifeste signate in-
fronte. Fac autem hoc signum,
& manducans, & bibens, &
sedens, & stans, & loquens, &
ambulans, & in summa in
omni negotio.*

CAPVT